

„completum in ea. Nam duas noctes illas sequentes duxit quasi
 „insomnes, vix sedendo modicum nutitans, et in die passionis
 „Domini cum quodam ramo juniperi se flagellans mille plagas
 „accepit, cum virga illa foret tam aspera, et ipsa non leniter
 „percutiens, sed ad sanguinis effusionem se cruentans.” — — —
 Ass nur zwei Bissen und ward nicht matt. Weinte reichlichst. —

„His sumens fiduciam oravit, et responsum accepit, quòd exau-
 „dita esset oratio sua: et sex personae sunt nominatenus ei
 „expressae, ut dictum est ei, ut pro illis oraret. Et dictum
 „est ei, quòd pro aliquibus non sumeret orationem: quia aliqui
 „tam remotè cadunt à Domino, quòd non resurgunt. Unde di-
 „xit Dominus Jeremiae: Noli orare pro populo isto in bonum.”

Cap. LXXVII. „De tripartito statu (eorum) in quibus
 „Dominus spiritualiter resurrexit.”

Cap. LXXVIII. „De minutione hujus puellae.” — Beim
 Aderlassen war ihr Blut wie siedend, — — und sie lebte so
 mässig. — Da hörte sie eine Stimme: „Iste calor non est à
 „natura, sed à gratia: quia Deus animam divino calore accen-
 „dit, et animam sic accensam calefacit, et inde est calor iste
 „sanguinis. So oft sie die Stimme hörte, stupefacta est, non
 „cum horrore, sed cum quadam laetitia;” als wenn ein gar
 lieber Freund käme. — Oefterer Aderlass angerathen durch die
 Stimme (auf Befragen).

Cap. LXXIX. „De abominatione tristitiae hujus puellae.”
 Auf eine Verzückung ward sie schwach, und desshalb sehr
 traurig. „Et post modicum facta est in extasi, et vox in ea
 „loquebatur, reprehendens illam de illa tristitia. Et visum fuit
 „ei, quòd cum cultello, quem penes se habebat, dentes pur-
 „gans, duas muscas de dentibus erueret. Et tunc ad se mox
 „reversa audivit vocem consuetam, dicentem satis duriter: si-
 „cut hae muscae sunt abominabiles apud homines, sic tua tri-
 „stitia Deo.”

Cap. LXXX. „De roboratione sacerdotum in communione
 „corporis Christi et aliorum hominum.”

Cap. LXXXI et LXXXII. „De reprehensione hujus puel-
 „lae, quòd nollet vocem intra se audire, volens vacare aliis,
 „et de tristitia, quae implevit cor hujus puellae a tempore Pa-
 „schae infra Ascensionem.”